

Disputationes in hoc Topo
exhibitae.

- 1) De usu actionum poenaliarum Juris Romani in foro Germaniae.
2. De pseudo privilegio pupilli, conuerti contra-ria actione negotiorum gestorum.
3. De pactis dotalibz ad Jus statutarium Hamburgenfe.
4. De fide Juridica.
5. De Jure consuetudinis et obseruantiae.
6. De Jure iniuncto Herodipetarum.
7. De usu Juris paterni Romanorum secundum mores Germaniae et Jus Borussiae.
8. De crimine bigamiae.
9. De legitima uerentis.
10. De hominibz propriis et liberis Germanorum.
11. De interpretatione beneficiorum Principis.
12. Morum cum Jure scripto contentio.
13. De arrhis emtionum. adimendi legitimam.
14. De Noricorum causis adimendi legitimam.
15. De Jurisdictionis et Magistratum differentia secundum mores Germanorum.
16. Non ens actionis forensis contra aedificationem ex aemulatione.
17. Larva Legis Aquiliae detracta.
18. De Quasi emancipatione Germanorum.
19. De origine successione testamentariae.
20. De uertura ex Jure Christianorum proferenda.
21. Prima initia successione testamentariae apud Romanos.

inf

+

22. De aequitate cerebrina l. 2. C. d. R. P.
23. De testis practico accuratae distinctionis
inter emtionem cum pacto de retro vendendo
et contractum pignoratitium.
24. De Differentiis Juris Civitis et Canonici
in doctrina de testamentis.
25. De iudice sententiam in causis crimi-
nalibus labam ab actis remouente.
26. De feloniam Domini.
27. De perpetuitate debitorum pecu-
niariorum.
28. De natura pro cum Juridicaram.
29. De non rescindendo contractu conducti-
onis ob metum spectrorum.
30. De originibus feudilibus.
31. De iure aggratiandi Principis
Evangelici in causis homicidii.
32. De iure Principis circa Rer-
relicios. statum Imperii Danda
civitatis. Subditorum Brandenburg.
34. Felicitas Subditorum Brandenburg.
35. Indiciae Juris Chares talici circa
sacra.
36. De praescriptione Regalium.
37. De officio Directorum et Ducum
circularem in executione sententiarum.
38. De iure exequeri sententias impe-
riales Directoribus et Regibus competente.

29. Vindiciae distinctionis inter paragia
et apanagia.
40. De temporariorum equitum ordine
sublatio.
41. De extinctione ordinis templariorum.
42. De jure Principis circa adiastra.
43. Beckmanni Diss. de Privatorum, Prin-
cipum, ac nobilitate factis.



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

De

**JURE AGGRATI-
ANDI PRINCIPIS EVANGELICI
IN CAUSIS HOMICIDII,**

QVAM

**RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,**

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO ET DUCATUS MAGDEBURGICI

GUBERNATORE &c. &c.

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CON-
SILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,

AC FAC. JUR. p. t. DECANO,

IN ALMA FRIDERICIANA

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Doctoralia Privilegia rite
capessendi

IN AUDITORIO MAJORI

Horis ante & pomeridianis

d. 21. Junii ANNI MDCCVII.

Publico Eruditorum examini submitter

REMBERTUS CLÜSENER,

Lippia Guestphalus.

**RECUSA HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITERIS SALFELDIANIS. Anno MDCXIX**

DISSEPTATIO IN IURIS IURIDICA

JURE AGGREATI
ANDI PRINCIPIS EVANGELICI
IN CAUSIS HOMICIDII

ACTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPIS ELECTORIS MAGNIFICENTISSIMO BRAN-
DENBURGICO ET DUCATO MAGDEBURGICO
GOVERNATORE etc. etc.

PR. A. SIDO.
DN. CHRISTIANO THOMASIO, JOCO
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUNIE CON-
SILIARIO, PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO,
AC FAC. JUR. P. DECANO,
IN ALMA FRIDERICIANA
P. R. O. L. I. C. E. N. S. I. A

Summus in urpue iure honores & doctoria Privilegia etc.
capituli
IN AUSTRO MARIS
L. 2. Jan. 1717 M. DCCXVII
L. 1. Jan. 1717 M. DCCXVII
L. 1. Jan. 1717 M. DCCXVII
KEMBERTUS CIUSENER,
L. 1. Jan. 1717 M. DCCXVII

RECURSUS HUIUS MAGDEBURGICAE
CIVITATIS SALLERIANIS. Anno M. DCC. LX.





B. C. D.
DISSERTATIO INAUGURALIS,

De
**JURE PRINCIPIS EVANGELICI
AGGRATIANDI HOMICIDAS.**

CAPUT I.

**Monita generalia de rite formanda
quæstione & ejus probatione.**

§. I.



Quotquot inspexi autores, Formatio
status con-
troversia. qui de quæstione hac secundum com-
muniter receptam sententiam scripse-
runt, & Principibus Evangelicis jus
aggratiandi homicidas negarunt, in eo
communiter peccarunt, quod vel non
rite formaverint statum controversiæ; vel ad definiendam
quæstionem properaverint sine debita explicatio-
ne terminorum quæstionis; vel probationes incon-
venientes adhibuerint, & sic ubique miscuerint qua-
drata rotundis. Nec ab iis defectibus plane immunes
sunt pauci, quos subinde in deductione sententiæ no-
stra

A

stra

stræ allegabimus. Igitur ut hos scopulos evitemus ante omnia rite formandus erit status quæstionis. Quæritur ergo: *Utrum Princeps evangelicus habeat jus aggratiandi in homicidio dolofo.* Nos affirmamus cum paucis. Negant communiter.

§. II.

Expositio
terminorū:
(1) *Principis.*
Quid ma-
gistratus
politicus?

Dum *Principem* dicimus, intelligimus in genere eum, qui τὸ κύριον gerit in rep. seu qui summam in rep. potestatem habet, sive resp. sit monarchica sive aristocratica, sive democratica, h. e. sive unus sit, sive plures, sive totus populus. In locis communibus theologis vocari solet magistratus politicus. Utrum congrue, hujus loci non est expedire. In terminis sumus faciles, modo in re ipsa conveniamus. Id constat, terminum magistratus politici à theologis Protestantibus non esse inventum, sed jam tempore reformationis eum in usu fuisse JCti pariter & theologis Pontificiis, etsi magistratus proprie denotet in politicis, & in significato nativo lingvæ latinæ eum, qui intermediam potestatem gerit in rep. à summa dependentem. Atque adeo hæc vox parum congrua à theologis Pontificiis ideo de potestate summa politica, i. e. civili fuit adhibita, ut eo commodius insinuare possent laicis, eos saltem magistratus esse, summam vero reipublicæ potestatem esse penes potestatem ecclesiasticam, quod arcanum Theologi & JCti Protestantes non sentientes, vocem retinuerunt, etsi errorem sub illa occultatum rejecerint, docentes videlicet, Christi doctrinam non abolere politiam, i. e. non contradicere doctrinas in scriptura novi fœderis contentas principiis sanis & rationalibus doctrinæ politicæ, & potestati civili non opponi

in re-

in republica potestatem aliquam ecclesiasticam, sed regnum saltem spirituale Christi, quod scilicet in corde notitiam (salvificam) Dei, timorem Dei, fidem, justitiam æternam & vitam æternam inchoet, quod pariat saltem effectus invisibiles intuitu futuræ vitæ, nullos intuitu effectuum politicorum. Item ministros verbi divini esse subditos magistratus politici, h. e. ut ab omni tempore fuit doctum a veris Christianis, quod respublica non sit in ecclesia, sed ecclesia in republica. (a)

(a) *Vide Aug. Confess. Artic. 16. Apolog. p. 215. 216. Epitomen. Formulæ Concordiæ c. 12. p. 624.*

§. III.

Ur vero recta ratio docet, & scriptura nunquam contrarium dicit, non potest in republica esse nisi una summa potestas, & contradictio politica est, respublica biceps. i. e. duplex summa potestas, altera politica, altera ecclesiastica, quarum una ab altera sit independentens. Et revera, si papatum politice consideres, est hic fundamentalis & capitalis error papatus, quod duplicem potestatem talem in republica independentem statuunt, & sic ecclesiam nolint esse in republica. (b) Unde non poterimus intuitu doctrinæ politicæ de reformatione debita gloriari, si ista hypothesis pontificia foveatur in Academiis protestantium, & sic pretiosissimum regale principum protestantium culpa & negligentia docentium damnum patiatur.

Unam esse summam potestatem in rep. non duas, ecclesiasticam alteram, alteram politicam.

(b) *vid. Puffendorf. Introd. ad Histor. c. 12. §. 5. seq.*

§. IV.

Cum vero vivamus in imperio Romano-Germanico, & disputationes juris academicæ ad usum practicum debeant esse aptæ, non hæsitare quispiam formatione status controversiæ debet, ac si sub nomine *Principis* in questione haud intelligamus status imperii, cum hi non habeant majestatem, sed superioritatem.

Ad quaestionem practicam pertinet Status imperii.

ritate saltem territoriali sint præditi. Nolumus equidem hic expedire an status imperii habeant majestatem proprie dictam, quamvis quis facile percipiat, definitionem illius quæstionis dependere a quæstione præjudiciali, an respublica Germaniæ sit una respublica an vero constet ex pluribus rebuspublicis confœderatis. Sufficit, quod omnes, qui non crasse adulantur imperatori, fateantur, superioritatem territorialem esse majestatis æmulam, aut analogam majestatis, i. e. ea quæ alias de juribus majestatis docentur etiam applicari regulariter debere ad jura statuum imperii.

§. V.

(2) *Evangelici. Annon & Catholicis idem jus competat.*

Quod autem de Principe *Evangelico* in specie quæstionem formaverim, non sine causa est factum. Equidem recorder, vel ideo quod Evangelium non aboleat politias, nobis opponi posse, male restringi definitionem quæstionis ad Principes, saltem christianos, tantum abest, ut ad Principes Evangelicos solum debeat respectus haberi. Etenim si Principes ex doctrina politica habent jus aggratiandi in crimine homicidii, habebunt pariter ethnici ac christiani, pariter ex christianis catholicæ, quam lutheranæ aut reformatæ religioni addicti. Sed, quamvis hæc omnia se ita habeant, non tamen vitium nostrum est, quod Principum Evangelicorum fecerimus in quæstione mentionem. De ethnicis ideo non sumus solliciti quia per Dei gratiam vivimus sub principibus christianis. Catholici vero Principes non possunt in quæstione præsentis iisdem juribus gaudere ac Principes Evangelici, non quod obstet iis doctrina politica, sed

sed quod frui juribus communibus aliorum principum nequeant salva religione, quam profitentur.

§. VI.

Ejus enim potissimum caput est, quod papam Prærogati-
agnoscant caput visibile ecclesiæ, & quod doctrinas a va hac in
clero papali in doctrina de officio Magistratus politici parte Prin-
traditas esse falsas aperte & rectæ rationi repugnantes cipum Ev-
habere cogantur pro articulis fidei. At Evangelici angelicorū
Principes, dum jugum papale excusserunt, ac jus cir- præ Catho-
ca sacra secundum principia genuinæ politices & ju- licis.
ris naturalis sibi vindicarunt, atque in usu ejus per le-
ges imperii confirmati sunt, sine dubio hac parte in-
igni gaudent prærogativa præ principibus catholicis.

§. VII.

Agendum vero nobis erit de jure *aggrati-* (3) *Argrati-*
andi, de quo etsi multi multa dixerint & scripserint, *andi*. Non
non tamen omittenda est explicatio hujus vocis sin- confun-
cero veritatis indagatori, tanquam ea sit in vulgus no- denda hæc
ta. Quin potius, si scriptores, qui de eo tractarunt, cum regu-
inspexeris, deprehendes, a plerisque sub termino ag- lis æquita-
gratiandi comprehendi actus, qui plane huc non tis.
pertinent. Scilicet confunditur plerumque cum jure
aggratiandi potestas aut potius officium principis
remittendi aut minuendi pœnam, ex doctrina inter-
pretationis legum & æstimationis delictorum, quod
nec principi proprium est, sed ipsi cum magistratibus
& iudicibus quibusvis commune. Unde communi-
ter describitur, quod sit jus competens principi ex cau-
sa justa remittendi aut mitigandi pœnam consuetam:
(Si dixissent *debitam*, forte definitio excusari posset.)
Alii jus aggratiandi ad actus justitiæ referunt ex ea-

6. *Dissert. Inaugur. de Jure Principis Evangel. aggrat. Homicidas,*
 (c) *vid. Clasc-* dem erronea hypothesi. Alii jus aggratiandi duplex
nium de jure faciunt, unum quod ex mera gratia fiat, alterum, quod
aggratiandi ex justis causis. (c) Debuisset vel vox ipsa doctores
differatio- admonere aggrationem non pertinere ad actus justiti-
nes sub Prue- tiae, unde & JCI solent distinguere restitutionem ex
schenckio, capite justitiae, quae & a iudice fieri potest a restitu-
Carpzovio, tione ex capite gratiae, quae soli principi propria est. (d)
Siruvio, Ei- Observavit hanc confusionem solus, quod sciam
chelto, de Zieglerus. (e)
hac materia
habitas.

(d) *Schöpf, ad tit. ff. de sentent. pass. & restit. (e) de jur. Majest. l. i. c. 8. §. 4. 5.*
 §. IIX.

(4) *Juris.* Dum vero de *jure* aggratiandi quaestio est, no-
 tandum, non agi hic de praepcepto, sed de licentia, id
 est per jus non intelligi legem sed facultatem seu
 tributum personae. Unde non confundenda quaestio
 praesens cum alia, an non obstrictus sit princeps omit-
 tere poenas capitales? quod recte negatur a nostris
 contra Anabaptistas. (f) Sed quaeritur: Annon
 prohibitum sit principi omittere poenam capitalem
 intuitu homicidii? At haec quaestiones duae valde dif-
 ferunt. Nam posteriorem qui recte negat, is
 non nisi per evidentem calumniam erroris Anaba-
 ptistici aut Sociniani accusandus est, cum non neget
 justitiam poenarum capitalium. Quodsi forte ex im-
 becillitate iudicii immisceat etiam argumenta, quibus
 alias Anabaptistae vel Sociniani in priore quaestione
 uti solent, postulat tamen christiana charitas, ut ea de
 re potius fraterne moneatur, quam ut haereseos infimu-
 letur.

Neq; con-
 fundendū
 jus cum eo
 quod con-
 ducit.

§. IX.
 Porro nec confundendum jus licentiae cum eo
 quod conducit. Vel Apostolo enim id monente non
 omne

omne quod licet conducit. Quæstiones de licentia ad jus naturæ pertinent, de eo quod principi conducit, ad politicam. Uti vero politica & jus naturæ communiter confunduntur, ita & in hac quaestione. Si res hujus loci esset, facile ostendi posset, rigorem penarum capitalium ne omnibus rebus publicis nec semper conducere. Non tamen inde inferendum est, ergo nec easdem esse licitas, nam ita facilis est lapsus in errorem quem modo notavimus. Unde mallet, ut Vir clarissimus qui sub Justiniani Clementis nomine latere voluit, hæc duo accuratius distinxisset, quam ubique non factum est in erudito alias tractatu Germanico hac de re scripto. (g) Interim tamen & hic qui peccant potius amice admonendi sunt, quam ut hæretici vituperandi, cum excusationem habeant non injustam a communi errore. Quid enim frequentius est in quaestionibus moralibus, quam quod ea, quorum contrarium melius & utilius est, referantur inter plane illicita.

(g) Von dem Amte einer Christl. Obrigkeit in Befrafung der Uebeltäter.

§. X.
Porro cum dicimus principes Evangelicos habere jus aggratiandi homicidas, facile pater, quod hic magis respiciamus ad potentiam, & facultatem, quam ad actum & exercitium. Unde nobis non opponi potest, rarissime a principibus evangelicis hætenus hoc jus fuisse usurpatum. Uti enim exempla alias non probant jus, ita nec carentia exemplorum probare potest carentiam juris. Multi forte voluerunt istud jus exercere sapius, nisi ab errantibus bona fide, aut iis, quorum interest reliquias arcanorum papalium apud protestantes conservari, istud exercitium istis fuisset

(5) Quid sit habere jus?

dissya-

dissuasum. Non tamen, credo, nobis opponi poterit alias canon philosophiæ primæ, frustra esse potentiam, quæ nunquam in actum traducatur, neque enim plane caremus exemplis exercitii hujus juris. Et si forte non haberemus, melior tamen esset hac parte conditio principum Evangelicorum præ catholicis, cum sufficiat, illos, quotiescunque volunt, jus istud suum, hætenus ex erroneis persuasionibus omissum, exercere posse, nec in tali re meræ facultatis timere ebere præscriptionem aut omissionem per non usum: Cum contra principes catholici, ut dictum, salva religione sua, etiam si velint, id exercere nequeant.

(6)

Sermonem esse de homicidio dolo citra respectum ad penitentiam delinquentis.

§. XI.

Denique cum de jure aggratiandi in homicidio sermo est, necesse est ut potissimum sollicitissimus de homicidio dolo, quod verum crimen est, & ubi homicida ex proposito egit. (b) Nam in culposo pœna ordinaria locum non habet ex legibus justitiæ, causale ex iisdem legibus haud dubie ab omni pœna, est exemptum. Porro agimus de homicidio dolo in genere sine respectu, an penitentiam agat homicida nec ne. Quamvis enim non desint, qui in priore casu

(b) *Magnif. Dn. Reichenberg. in diff. de hac questione §. 4.* su sva deant jus aggratiandi, aut ad illum saltem casum restringant, (i) nos tamen eam sententiam non facimus nostram. Præterquam enim quod penitentia vera cum fide in Christum conjuncta effectum suum exerat intuitu debitarum pœnarum futuri seculi; jam ab aliis recte notatum fuit, de vera penitentia vix esse, hominibus ut constet, & adeo quenquam impune laturum esse

(i) *D. Hannekenius de jure Gratiæ principis christiani in reos noxæ capitalis. Justinianus Clemens in scripto §. 9. citato.*

esse sua malefacta, si pœnitentiam quovis modo extrinsecus profiteri sufficeret. (k)

§. XII.

Pergimus ad monita de locis argumentorum, unde quæstio hæc determinanda, & probatio affirmativa est desumenda. Ubi constat, quia de principe, i. e. eo, qui summam potestatem habet, sermo est, & vero princeps solutus est legibus omnibus positivis, quod ex sola naturæ lege licentia juris hujus sit demonstranda. Unde non mirabitur quispiam, quod & ipsi abstineamus ab allegatione omnis juris privati tam Justiniani, quam canonici, & non agnoscamus objectiones ulla ex istis juribus, præprimis cum jus canonicum fere ubique repletum sit arcanis papisticis, (quibus originem debere etiam sententiam negantem monstrabimus peculiari capite tertio,) & jus Justinianeum etiam ab hac labe non sit plane immune. Scimus quidem, J. Grotius, qui de jure aggratiandi scripserunt, plerumque uti textibus utriusque illius juris. Sed hæc fiebant iis temporibus, ubi adhuc putabatur, etiam in quæstionibus juris naturæ & publicæ probationes desumendas esse ex istis juribus. Postquam vero magnus Conringius jurisprudentiam ab hoc nævo purgavit, non opus est, ut ea de re plura verba faciamus.

§. XIII.

Extendimus assertionem nostram, ut valeat, etiam si agamus de principe evangelico. Et si enim agatur de sint, qui putent, in Evangelio novam legem perfectiorem à CHRISTO esse publicatam, quam sententiam etiam passim sequitur Grotius, tamen, quem admodum Grotius propterea communiter à commentato-

(k) Grotius
de J. B. & P.
II. 20. n. 2.
Dn. Rechenb.
d. diff. §. 29.

Probatio
quæstionis
desumenda
ex jure
naturæ solo

tatoribus vapulat, ita recte adversus eos, qui in probanda nostra sententia ea hypothesi utuntur, a dissentientibus urgeri solet, Evangelium non abolere politias. Igitur non ægre ferent iidem dissentientes si nos retorqueamus eandem sententiam adversos ipsos, dum textus Evangelii non commoda interpretatione conantur in suam tradere sententiam.

§. XIV.

(*Quæstio* Scilicet tota hæc quæstio politica est non theologica, voce politica late supposita quatenus jus naturæ sub se comprehendit. Quodsi vero terminus politicæ hæc juridi-
ca est, non theologica) quæstionis hic displiceat, ob dicta superius, (*l*) clarius forte erit, si dicamus, quæstionem hanc esse juridicam, non theologicam. Non enim agitur hic de eo, quid justum sit & injustum intuitu salutis æternæ, sed de poena civili in hac vita. At de justitia pœnarum civilium agere primario ad jctos pertinet.

§. XV.

Etiamsi sermo sit de statibus imperii. (*m*) *per dista §. 7.* Quamvis etiam sub nomine principis evangelici hic respiciamus potissimum ad status imperii, (*m*) tamen & hi in quæstionibus juris publici sunt supra omne jus positivum, tam Justinianeum quam canonicum. Et quamvis teneantur recessibus imperii per modum pætorum; cum tamen in recessibus imperii nihil sit dispositum de hac quæstione; aut statibus imperii jus dispensandi circa pœnam homicidii non sit per recessus ademptum, neque etiam à dissentientibus recessus allegari soleant, non est, ut de his simus solliciti. Eadem est ratio constitutionis Carolinæ. Pœnæ ibi constitutæ non adimunt statibus imperii jus circa pœnas delictorum pro lubitu disponendi in suo territorio. Adde, quod

quod & intuitu recessuum imperii status in suis territoriis possint leges condere recessibus contradicentes, ut alibi latius demonstravit Dn. Præses. (n)

(n) *pecul. disert. de stat. Imp. potest. legisl. contra jus commum.*

§. XVI.

Possimus jam ad rem ipsam accedere, nisi morderent dissentientes, ubique sententiæ nostræ opposcentes dicta scripturæ, patrum, responsa academica & autoritates Theologorum & Jurorum infinitorum, etiam de his quædam monita præmittenda esse. Et quidem, cum facile sentiant, rationibus ex jure naturæ solo desumptis parum se posse proficere, doceri solet, juri aggratiandi in præsentī casu adversari jus morale divinum ex revelatione petendum, adeoque ejus applicationem primario petendam esse a patribus ecclesiæ, tum à theologis evangelicis, & qui hos secuti sunt, piis JCtis.

Annon ex jure divino morali & scriptura sacra?

§. XVII.

Hic monemus initio, jus divinum morale & jus naturale parum convenienter sibi opponi, dum videlicet absque sufficiente ratione supponitur, quasi in divisione consveta legis divinæ in moralem, ceremonialem & forensem, vel ad moralem pertineant leges quædam, quas ratio sibi relicta ignorat, sed quæ peti debeant ex sola revelatione legis Mosaicæ; vel, dum ab aliis jus naturale & morale habentur pro synonymis, quasi dicta scripturæ de lege morali loquantur, cum tamen ratio sibi relicta earum prohibitionem assequi nequeat, sed debeat ea ex sola scriptura peti. Etenim Theologos etiam nostrates in expositione legis moralis ita in duas classes secedere, & quosdam præter legem naturalem ad jus divinum morale referre legem posi-

Jus divinum morale & jus naturale non differre.

tivam universo humano generi datam . jam alibi notavit Dn. Præses. (o) Priorem hypothesin quidem ipse Dn. Præses non solum antea secutus est, sed & primus tentavit ostendere differentiam perspicuam inter legem moralem naturalem & positivam. (p) Sed ipse tamen postea meliora edoctus eandem iterum primus destruit. (q) In posteriore vero negamus, jus naturale non omne posse ex ratione sibi relicta deduci, negamus, scripturam in præceptis universalibus ad usum præsentis vitæ pertinentibus rationi sibi relictae unquam contradicere, & ideo firmiter asserimus, contradictionem, si quæ subesse appareat, esse saltem apparentem, atque adeo semper præferendam esse interpretationem, quæ cum principiis rationalibus juris naturæ ex certitudine morali & toto humano generi communi haustis conveniat, alteram vero indubie esse falsam, & verosimiliter ex arcanis papatus, etiamsi quandoque non statim incurrentibus in oculos, haustam.

§. XIIX.

Atque ut nostra hæc assertio eo palpabilius ab omnibus ratione sua utentibus comprehendi possit, ac omnis cavillandi occasio dissentientibus præcindatur, pauca ista monita, ut fere indubia, & a dissentientibus etiam facile admittenda adjicimus. Duo homini ad salutem & veritatem salutarem consequendam a Deo optimo maximo lumina data sunt, lumen rationis & lumen revelationis seu scripturæ sacræ. Utraque sunt dona Dei singularia ab homine ita tractanda, ut neutrum eorum abjiciat, aut unum cum altero confundat. Ut vero hæc confusio eo melius evitetur, notandum est, lumen naturæ hominem ducere

Monita de
oppositio-
nibus ap-
parentibus
rationis &
tibus etiam
facile ad-
mittenda
adjicimus.
Duo ho-
mini ad sa-
lutem & ve-
ritatem sa-
lutarem con-
sequendam
a Deo opti-
mo maximo
lumina data
sunt, lumen
rationis &
lumen reve-
lationis seu
scripturæ sa-
cræ. Utra-
que sunt do-
na Dei sin-
gularia ab
homine ita
tractanda,
ut neutrum
eorum ab-
jiciat, aut
unum cum
altero con-
fundat. Ut
vero hæc
confusio eo
melius
evitetur,
notandum
est, lumen
naturæ ho-
minem du-
cere

cere ad veritates salutares in usu hujus vitæ, lumen revelationis ad veritates salutares futuræ vitæ. Cum vero contradictoriæ veritates non dentur, necesse est, nec rectam rationem unquam contradicere scripturæ, nec scripturam rectæ rationi. Quin potius in rebus ad salutem hujus vitæ pertinentibus semper lumen scripturæ illustrabit & confirmabit dictamina rectæ rationis, & in doctrinis ad salutem æternam pertinentibus recta ratio doctrinas revelatas etsi probare non possit, pro defendenda tamen earum veritate (& potissimum ubi de possibilitate quæstio est) adversus adversarios non pauca suppeditabit argumenta illustrantia. Unde jam sequitur sua sponte conclusio, quod in quæstionibus ad salutem hujus vitæ pertinentibus, quales sunt quæstiones juris naturæ, fundamentorum seu argumentorum probantium loco ponenda sint dictamina rectæ rationis, scriptura vero hic suppeditare possit argumenta illustrantia, uti in materiis ad salutem æternam pertinentibus fundamenta probantia suppeditat.

§. XIX.

Quod si vero loca scripturæ in hac quæstione ex Non attendenda hic
jure naturali sunt explicanda, multo magis id obser-
vandum erit in dictis patrum. Et cum scriptura, per esse dicta
dicta, rationi repugnare non possit, autoritates huma-
næ vero sæpius rectæ rationi repugnent, non admit-
tendæ erunt illæ in hac quæstione, si rationi contra-
dicant, sive sint dicta patrum ecclesiæ, sive loca mo-
ralistarum, pontificiorum; sive responsa academica
facultatum theologiarum & juridicarum etiam apud
protestantes. Accedit, quod ex variis argumentis
patrum, moralistarum, re-
sponsa col-
legiorum
Academi-
corum.

(r) *Vide Dn.
Præsid. præ-
fat. ad vers.
Germ. Gro-
tiii de J. B.
& P.*

constet, patres ecclesiæ ignorasse jus naturæ vitio magis temporis, quo vixerunt, quam suo, moralistas vero pontificiorum ex dictis scripturæ contorte expositis jus naturæ effabricasse ambitioni suæ & avaritiæ respondens; arcana porro illa politica cleri pontificii, in academiis protestantibus ante tempora Grotii a reformatoribus & professoribus academicis, ob neglectum studii juris naturalis, non fuisse observata, post tempora Grotii vero, item Pufendorffii, præiudicia illa errorum antiquorum usque ad tempora nostra, ex amore veterum magistrorum, & imbecillitate humanæ naturæ difficulter fuisse deposita. (r)

§. XX.

In dictis
scripturæ
dubiæ in-
terpretati-
onis, pro-
bationem
justæ inter-
pretationis
non nobis
incumbere,
sed dissen-
sientibus.

Jam autem facile dijudicari poterit, quid dicendum sit intuitu oppositarum interpretationum locorum scripturæ, quæ a parte dissentientium a nobis adversus affirmativam sententiam nostram opponi solent. Observavimus enim, quod a dissentientibus non semel urgeatur, non satis probasse eos, qui a nostris sunt partibus, interpretationem textuum oppositorum talem esse, qualem ipsi asserunt. Contra etiam affirmantes idem urgent contra negantes, textuum illorum interpretationem non esse talem, qualem negantes supponunt, neque eos sufficienter eam, quam tradunt interpretationem, probasse. Etenim in dubiæ interpretationis locis scripturæ ea, quæ pro nostra sententia facit, non solum ideo est præferenda, quia, ut diximus, interpretatio quæ convenit cum jure naturæ in præsentî quæstione, est præferenda ei, quæ diamini rationis rectæ repugnat; sed &, quia nos ex dictis causis pro probatione sententiæ nostræ non utemur dictis scripturæ, ut argumentis probantibus, sed so-

solum ejus veritatem ex jure naturæ deducemus. Dissidentibus vero primario utuntur textibus scripturæ tanquam probantibus assertionem suam, vel etiam nobis eosdem textus opponunt. Quocumque modo eos consideres, non nobis sed ipsis incumbet probatio, loca scripturæ non aliam admittere interpretationem, quam istam suam. Priori modo, quia alias ipsis per æque dubiam; posteriori modo, quia secundum regulas bonæ interpretationis non respondentem incumbit probatio responsionis, sed opponenti objectionis, & sufficere, si respondens ostendat, aliam esse posse interpretationem loci oppositi.

§. XXI.

Denique cum hoc argumentum ostenderit Non esse esse morale & juridicum, non theologicum, & id sua etiam hic sponte exinde sequetur, quod hic non debeant immisceri argumenta theologica, ut quandoque a non-argumenta nullis fieri solet. Ita recte notatum fuit, quod is, qui dispensationem principis in causa pœnæ homicidii asseruerat, inter alia adduxerat, principem posse pœnam sumere de vade ob crimen capitale ab altero admissum. Etsi in foro divino Deus pater a Christo tanquam vade pro genere humano justissime pœnas sumerit. (s) Alia enim est ratio justitiæ divinæ in negotio redemptionis, alia justitiæ humanæ in quæstionibus juris naturæ. Ita theologî orthodoxi docent adversus Socinianos, Deum salvis regulis justitiæ sapienter imputare Christo peccata humana, & meritum Christi peccatoribus fide id arripientibus, etsi hominibus talia faciens violaret regulas justitiæ humanæ. (r) Sic

(s) Magn. Dn. Rechenb. d. diff. §. 32.

(r) Dn. Prof. de fund. I. N. & G. cap. proem. §. 29. & l. 1. c. 7.

In th. 30. seq.

in quæstione de jure aggratiandi in genere nemo ex theologis, quod sciam, istud principibus negat competere salva justitia, cum tamen iterum theologi orthodoxi adversus Socinianos doceant, Deum patrem salva justitia sua jus aggratiandi erga primos parentes post lapsum exercere non potuisse, & exinde necessitatem mediatoris Christi asruunt.

CAPUT II.

Probatio, quod Principi competat
jus aggratiandi etiam in causa homicidii.

§. I.

Nobis non incumbere probatione assertionis. **P**ostulant regulæ prudentiæ, ne quis sine causa sufficiente sibi ipsi onus, quod prudenter evitare potest, imponat. In foro reus imprudens foret, si actore non probante ipse in se vellet suscipere probationem innocentia suæ. Sic & in quæstionibus controversis probatio non illi incumbit, qui pro se habet præsumtionem, sed qui præsumtionem illam vult elidere. Nos vero jus licentiæ principi indulgentes, ut etiam homicidis dolosis ex gratiâ pœnam remittere aut mitigare possit, pro nobis habemus duplicem præsumtionem, sive nimirum licentiam in genere respiciamus, sive licentiam juris aggratiandi in specie.

§. II.

Sive licentiam in genere respiciamus. **N**am quod licentiam in genere attinet, omnia homini licent, quæ legibus non sunt præcepta vel pro

prohibita. Unde Grotius recte docuit, permissionem seu licentiam non esse actionem legis, sed actionis negationem. Si ergo omnia licent, & jus aggratiandi homicidarum licebit, nisi dissentientes afferant probationes prohibitionis & quidem ex jure naturali per monita capituli præcedentis. Atqui tales probationes non attulerunt, ergo salvum erit hoc jus aggratiandi principi Evangelico.

§. III.

Quod vero spectat ad jus aggratiandi in specie sufficit nobis, quod dissentientes concedant, jus aggratiandi pœnas delictorum in genere competere principi, excepta tamen esse quædam delicta, & inter excepta esse homicidium dolosum. In dubio vero semper præsumtio est pro regula, nisi probetur exceptio. Unde & in foro, si reus simpliciter neget, actori incumbit probatio; si factum non diffiteatur, sed exceptionem tamen adducat, intuitu exceptionis, quoad onus probandi habetur pro actore.

Sive licentiam juris aggratiandi in specie.

§. IV.

Uti tamen sæpe interest reorum, ubi evidentia juris præditi sunt, a probatione ejusdem non abstinere, ita & nos non fugiemus probationem assertionis nostræ, ne dissentientes id adscribant diffidentia causa, præprimis cum evidentia assertionis nostræ talia non pauca suppeditet, ex doctrina de jure aggratiandi in genere.

Evidentiam tamen causa hic facile suppeditare probationes etsi superfluas.

Huc pertinet præcipue, quod pœna omnium delictorum veniant ex jure positivo etiam homicidii.

§. V.

Aggratiatio est species dispensationis. At quicumque legem ferre potest, potest etiam circa eam dispensare. Scio regulam hanc admittere limitationem in lege naturali. Sed sufficit nobis, si valeat in positiva. Omnes enim pœnæ veniunt ex jure positivo. At vero princeps jure positivo non est obstrictus.

C

§. VI. Sen-

§. VI.

Jus naturæ
non potest
determina-
re ullam
pœnam.

Sentiunt dissentientes, potissimum momentum quæstionis nostræ versari in illa asseritione, ergo opera danda est, ab ea firmetur perspicue. Dixi, omnes pœnas venire ex jure positivo. Etsi enim jus naturæ in genere dicitur, puniendos esse delinquentes, tamen non determinat jus naturæ modum pœnæ in nullo delicto, sed determinationem ejus relinquit arbitrio & prudentiæ principis. Nec poterit jus naturæ determinare ullam pœnam, quia pœna, si justa sit, debet proportionem habere cum delicto, delicta vero infinities variant, etiam ejusdem generis. At quæ talia sunt, regulis universalibus, quales sunt dictamina juris naturæ includi nequeunt. Sic jus naturæ dicitur quidem medico, ægrotantibus succurrendum esse medicamentis aptis. At quænam medicamenta apta sint, frustra quæret medicus in jure naturæ, cum pertineant ad artem medicam. Sic jus naturæ dicitur, neminem in contractibus lædi debere, sed res vendendas justo pretio. At justum pretium non determinat jus naturæ, sed determinatio ejus pertinet ad prudentiam oeconomicam. Ita determinatio pœnæ etiam ex prudentiæ politicæ regulis petenda est, non ex jure naturæ.

§. VII.

Nec dicitur
pœnam ca-
pitalem ho-
micidio.

Quod homicidium in specie attinet, eadem est ratio, quia & homicidia dolosa infinitis circumstantiis variant. Neque jus naturæ indicat, quædam delicta capitaliter esse punienda, quædam penis levioribus. Indicat tamen prudentia politica, non omnia delicta esse punienda æqualiter. Istud enim paradoxon Stoicorum,

corum, delicta esse æqualia in prudentia politica non habet locum. Male audiunt leges Draconis, omnia delicta capite punientis. Nescio, annon in eadem prudentiæ regulas impignant, qui nulla delicta volunt puniri capite. Etsi propterea non æque sint imprudentiæ accusandæ leges, quæ delicta apud alios multos populos capitalia minori pœna coercent. Exemplar prudentiæ legislatoriæ in republ. Mosaica illustrat valde assertionem, quod quædam delicta recte puniantur capitaliter, quædam minori coercionem. Ergo prudenter etiam & recte homicidium pœna capitali puniri potest, non tamen semper debet. Pœnas enim ex jure talionis præcise sumendas esse, jam refutatum est ab aliis (u). Id saltem dicat, jus talionis non habere eum, qui paria iis quæ fecit patitur, causam conquerendi, quod ipsi fiat injuria; non dicat, eum, qui injuriam passus est, debere tantum damnum inferre, quantum alter fecit; non dicat, eum qui jus coercendi habet, aut tantum, aut non majus damnum inferre debere, ut vel ex jure coercionis paternæ liquidum est.

(u) Pufend.
de J.N. & G.
VIII, 3. 27.

§. IIX.

Sed etiam ponamus, jus naturæ determinare pœnam homicidii, ut certum est non determinare, tantum tamen abest, ut inde firmum pro sententia dissentientium possit accedere argumentum, ut potius pro nomine jus fra sententia ita liceat argumentari. Præceptum juris naturæ de puniendis delinquentibus in genere non tollit jus aggratiandi in genere. Ergo præceptum juris naturæ de puniendo capitaliter homicida, si quod foret, non tolleretur jus aggratiandi homi-

homicidam in specie. Verum est, non potest dispensare princeps leges naturæ, sed nota etiam est differentia inter præcepta juris naturæ negativa & affirmativa: illa nunquam aliter se habere possunt; hæc vero varias admittunt limitationes ex variis circumstantiis. Scholastici differentiam ita differre solent. Præcepta negativa obligare semper & ad semper, affirmativa semper quidem, sed non ad semper, id est, multas posse rationes esse, quæ suadeant vel jubeant cessationem actionis ad tempus in præcepto affirmativo.

§. IX.

Non debet
tamen fieri
aggratiatio
homicidii
sine causis
prudentialibus.

Neque enim putandum est, dum de jure aggratiandi homicidam loquimur, nos defendere velle libertatem homicidas quosvis impunes dimittendi, aut etiam suadere principi, ut contra regulas prudentiæ ex vitioso affectu hic dispenset. Uti in genere jus dispensandi & aggratiandi debent exerceri non tumultuarie, sed ex rationibus & causis prudentibus, non tamen petitis ex fontibus interpretandi legem, (w) ita eadem haud dubie subintelligenda sunt, in assertione de licentia gratiam concedendi homicidæ. Unde frequentius etiam est in hoc nostro casu ea species aggrationis, quæ non plane impunem dimittit homicidam dolosum, sed saltem pœnam capitalem mitigat in mitiorem. Nam raro subsunt rationes suadentes omnis pœnæ dimissionem.

(w) Ziegl. de
jur. Majest.
l. i. c. 7. §. 2. 3.
Et c. 8. §. 1. 4.

§. X.

Potest princeps
mitiori pœna
homicidam
punire, quia
potest pœnam
homicidii ca-
pitalem plane
tollere.

Et pro hoc gratiosæ dispensationis genere militat novum argumentum. Cur non licitum esset principi remittere pœnam capitis homicidæ & eum alio modo punire, cum plane mutare possit pœnam homicidii omnis dolosi in pœnam, quæ vitam non adimit.

Majus

Majus autem est, posse posterius facere, quam aggraviare saltem paucos homicidas. Licitam vero esse mutationem legum in hoc capite fluit ex doctrina præcedente, quia determinatio omnis pœnæ relinquenda est prudenti arbitrio principis. Sæpe autem variare potest utilitas reipublicæ, ut quemadmodum crescentibus delictis crescunt pœnæ, ita etiam aliis causis emergentibus pœnæ decrevantur.

CAPUT III.

Origo sententiæ negativæ ex arcanis Papisticis.

§. I.

Sea, quæ a plurimis gentibus usitata sunt, juris gentium quandam faciunt speciem, pœnæ capitales homicidarum nequaquam juri gentium sunt adscribendæ, sed potius pœnæ capitalibus minores. Sane Romani olim, uti nulla delicta morte puniebant, ita diu homicidium etiam pœna mitiore coercerant. De populis occidentalibus plerisque constat, eos pœnam pecuniariam & satisfactionem propinquorum occisi certo multæ genere homicidis etiam dolosis dictasse. Et de Danis, Polonis, Svecis, Frisiis, Holfatis, Saxonibus, Bajuariis, Alemannis, Scotis, &c. id jam probarunt alii. (*) Certum quidem est in lege Mosaica pœnam capitalem dictari homicidæ, sed multa sunt in lege Mosaica prudentissime statuta, quæ tamen propterea neque ad jus naturæ in universum spectant, neque jus gentium faciunt.

In Homici-
dium ex ju-
re gentium
penis non
capitalibus
animadver-
sum.
De
sum.
Besold.
Thes. Pract.
voce Tobten
Fals lösen.
Schilt. Ex-
erc. ad Pand.
49 §. 114. §2.

C 3

§. II. Ex

ptores Eth-
nici nec Ju-
dæi in du-
bium voca-
runt jus ag-
gratiandi
homicidas.

*y) conf. Schi-
ckard. de ju-
re reg. Hebr.
Theor. 14. n.
99. p. m. 251.
Selden. de J.
N. & G. l. 4.
c. 1. p. 481. sq.*

Origo sen-
tentia ne-
gativa de-
betur clero
pontificio.

*(z) Calovii
Socinism.
Prostig. diff.
27. p. 988. ci-
tat. Magnif.
Rechenb. d.
dissert. S. II.*

*un tel blas-
phème
dans l'his-
toire
de l'Église*

§. II.

Ex scriptoribus porro græcis vel latinis qui Gen-
tiles fuerunt, nemo unquam jus aggratiandi in pena
capitali homicidii principi competens vocavit in con-
troversiam. Imo ne judaici quidem Dd. ita legem
Mosaicam de puniendo capitaliter homicida exponere
sunt ausi, ut vel regi Ebræorum, vel Principibus reli-
quis jus hic dispensandi tollerent, cum partim Regi
Hebræorum dederint potestatem ex utilitate reipubli-
cæ faciendi contra legem Mosaicam prohibentem, &
legem de puniendo capitaliter homicida statuunt non
pertinere ad totum genus humanum. (y)

§. III.

Neque tamen sententia communis negans de-
mum post reformationem inter Protestantem orta, sed
a Doctoribus & Moralistis Pontificiis accepta & reten-
ta fuit. Quo seculo eadem sit orta, jam excutere non
vacat, nec otium superest. Forte absque magna dif-
ficultate id inquire possit, si quis evolveret & adspice-
ret dicta Patrum ecclesiæ, quæ a Theologis nostris ci-
tari solent adversus Socinianos in quæstione de licentia
ultimi supplicii. (z) Multa a Patribus ecclesiæ fuisse
bona fide & intentione ob ignorantiam juris naturæ
secus ac par erat tradita, quæ Clerus Pontificius vertit
in arcana politica papatus. Hanc vero sententiam eo
pertinere sufficienter vel ex eo probare licebit, si osten-
derimus, secundum doctrinam cleri jus aggratiandi
homicidas denegatum Principibus laicis, concessum
vero clero, item clericos homicidas non esse capite pu-
niendos. Nam si esset lex moralis, i. e. universos ho-
mines obligans, neque clero licuisset intercedere pro
homi-

homicidis ne capitaliter puniantur, neque clericos a pœna capitali eximere. Deinde latere hic arcanum papatus etiam exinde constabit, quod hoc pacto clerus Pontificus occasionem sumserit vindicandi sibi potestatem legislatoriam, & corrigendi leges populorum mitiorem capitali pœnam homicidio distantium.

§. IV.

Extat in epistolis Augustini epistola Macedonii ad Augustinum, ubi multa eaque gravia dubia modeste movere contra intercessionem cleri pro delinquentibus, etiam in pœnitentibus. (a) Respondet Augustinus (b) ita ut prolixè quidem istum morem defendere sustineat, sed non ubique regulis bonæ disputationis observatis. Diffimulat enim primariam objectionem de intercessione pro impœnitentibus, simul vero tacite indicat, jam illo tempore latuisse aliquid arcani politici, cum clerus liberatos ita a pœna civili, subiceret tamen pœnis ecclesiasticis. Et quamvis ibidem nec a Macedonio nec ab Augustino verbis expressis mentio fiat homicidii, tamen intercessionem cleri etiam ad homicidas dolosos pertinuisse ipsum factum Augustini docet, intercedentis (c) pro Donatistis, ne morte puniantur, etiamsi de criminibus atrocioribus fuerint confessi, inter quæ etiam homicidium dolosum nominatur. (d) Jam dudum verò robarunt theologi protestantes, intercessionem illas ex papatu esse. (e)

§. V.

Et jam suo tempore Baldus (f) meminit, committere Cardinalibus privilegium, ut si obviam fiant illi, vindicant,

(f) in l. additos G. de appellat.

er con
india
hinc
er con
india
hinc
(a) Epist. 53.
(b) Epist. 54.
(c) Epist. 158.
159. 160.
(d) d. Epist.
158. ab initio.
(e) Magnif.
Dn. Rechenb.
d. dissert. S.
21. ubi &
Danhauf-
rum & Rive-
rum citat.



ex confuetudine irrationabili. illi, qui ad supplicium ducitur, impositione pilei sui immunem ad pœna constituta faciant, unde pro cautela commendatum advocatis ad cautelarum scriptoribus, ut, quando condemnatus ad locum duceretur supplicii, per rei amicos procurarent, ut ductio fieret per loca per quæ Cardinali alicui esset transeundum.

(g) *Capoll. Tract. cautelarum caut. 2. in princ.*

(g) Et ideo tempore, quo curia erat Florentiæ, per contrariam cavebant cautelam iudices, ne ducerentur rei per ejusmodi loca, quibus, Cardinales obviant.

(b) *Tiraq. de pœn. temper. tom. 7. c. 55. n. 1. in fine.*

(b) Sed jam suo tempore irrationabilitatem hujus moris observavit Paulus Castrensis. (i) Forte id privilegium petatum ex moribus antiquæ Romæ gentilis, ubi virginibus vestalibus, hoc privilegium datum,

(i) *in l. additos C. de episc. audient. in fine.*

ut si forte in aliquem, qui ad capitale supplicium duceretur, incidissent in publicum prodeuntes, fontem liberarent, jurejurando prævio, forte fortuna se non data opera intervenisse. (k)

Adde Barbo-

sam de præstant. Card. n. 9. qu. 1. Corsetum in singul. verb. Cardinalis. (k) Plurarch. in Numa,

§. VI.

Afyla templorum & monasteriorum, etiam pro homicidis dolo-
sis.

Pertinet etiam ad arcana papatus, quod a seculi quarti temporibus suâsu cleri imperatores romani, alique reges & principes christiani pro delinquentibus afyla constituerunt in templis, quod postea pontifices ad quævis monasteria & loca confinia extenderunt. Et quamvis prætextus fuerit, id fieri in singularem Dei honorem & cultum, jam satis tamen a theologis nostratibus observatum est, ejus moris originem irrationabilem esse & ex ethnicismo petatum. Optandum foret, patres de ecclesia alias optime meritos & hic non aliquid humani passos esse. Jam vero

vero

vero ex annalibus ecclesiasticis constat, quod jam Chrysofomi tempore graviter valde tulerint episcopi christiani, quod Eutropius hunc morem nulla sana ratione munium abrogare intenderit, & quod etiam ipse Chrysofomus hæc asylo-^(l)rum, jura defendere alla-
boraverit. ^(l) Huc pertinet etiam, quod magnum illud ecclesiae lumen Augustinus Bonifacio cuidam excommunicationem minetur, quod quendam ex ipsius ecclesia abstraxisset, quasi Deum, scilicet, ita graviter offendisset. ^(m) Sed ad talia respondere solent nostri theologi, patres in plurimis aberravisse. ⁽ⁿ⁾ Et sane res palpabilis est, intentionem papatus fuisse, sub prætextu cultus divini, jura cleri extollere super jura majestatica principum. Dum enim principibus interdiceretur tanquam impium & juri divino repugnans, homicidis indulgere veniam poenae, etiam ex causa rationabili, contrarationem iisdem persuasum fuit, ac si rem Deo placentem & bonum opus sint acturi, si tem-
plis & monasteriis darent privilegium, ut impunes essent homicidae quivis ad ea loca confugientes. Res plana est & pluribus verbis non habet opus,

^(l) Chrysof. Tom. II. Homil. 19.

^(m) August. Epist. 187.

⁽ⁿ⁾ Vid. quoad tot. hunc

S. D. Georg. Mab. de asy-

lis c. 6. §. 3. 26. §. c. 7. intro-

gro, qui de errorib. pa-

trum luculenter egisse

ait Gerbardum T. I. Confes. carb.

P. 492. seq.

§. VII.

Porro & ex eo apparet, in persuasione, quod principi non liceat indulgere veniam homicidii, ob legem universalem divinam, latere arcanum politicum clerici papalis, quod etsi decretalibus epistolis inferuerint legem Mosaicam de homicida morte puniendo: ^(o) exemtus tamen fuerit clerus ab omni poena magistratus politici, & praxis ecclesiae romanae ostendat, nec homicidam clericum posse a magistratu politico ca-
cleri, etiam in causa.

^(o) Cap. I. X. de homicidio.

homicidii
episcopis
indulta.

capitaliter puniri. Imo privilegium clericale eo fuit
extensum, ut quoad poenas ecclesiasticas homicida
laicus excommunicetur, clericus vero saltem depo-
natur (p) item ut clerici etiam si coram iudice seculari
(p) *Homob. de Bonis de confessi sint & convicti de crimine, tamen non sint*
casibreserva- propter hoc a suo episcopo aliquatenus condemnandi;
ria episc. & sed post confessionem demum coram episcopo fa-
prelat. lib. 2. ctam aut convictionem sint deponendi, ita tamen,
c. 3. p. 279. ut non tradantur iudici seculari. (q) Imo episco-
(q) *Cap. 4. X. pus, etiam in causa homicidii, poterit circa clericum*
de iudiciis. ad retinendum beneficium misericorditer dispen-
sare. (r)

(r) *Cap. 2. X. de cleric. pugnant. in duello. Homobonus d. cap. 3.*

§. IIX.

Privilegi-
um acade-
miz Lipsi-
ensi à papa
datum de
non puni-
endo capi-
talter ho-
micida.

Neque papa contentus fuit, quod principibus jus
dispensandi in crimine homicidii ademerit, & in clerum
mix Lipsi- transtulerit, sed & academiis quibusdam, ut Lipsiensis
ensi à papa inter privilegia alia indulfit, ut studiosi ibi degentes,
datum de etiam si homicidæ dolosi forent, poena capitali non de-
non puni- beant puniri. Non quidem reperire potui istud privi-
legium. Id tamen deprehendi, ab Electore Saxoniz &
talter ho- fratribus Serenissimis Anno 1658. & 1660. in decreto
micida. visitationis id privilegium tanquam verbo Dei contra-
rium & quidem, ut dicitur, ad instantiam statuum
(s) *Dn. Pra. provincialium, fuisse abrogatum. (s) Refero etiam huc,*
ses Tom. III. quod Schneiderus in Chronico Lipsiensi (r) refert,
Histor. der Weisheit quod Universitas Lipsiensis vi foundationis etiam illo
p. 64. gaudeat privilegio, quod cives academici coram nullo
(t) *l. 6. p. 309. magistratu civili conveniri possint aut puniri. Cum*
tamen hoc privilegio multi abusi atque furta & homi-
cidia patrata fuerint, anno 1466. legem fuisse publica-
tam,

tam, dolosos homicidas imposterum ad episcopum Martisburgensem esse mittendos, & ab eo perpetuo carceri includendos. (u)

(u) Confer. compendiosa universitatis & senatus relata à Dn. Praside d. tr. T. II. p. 84. seq. Adde ibid. p. III. n. 18. & p. 15. n. 25.

§ IX.

Et tamen clerus pontificius nunquam potuit in legibus politicis ferre, ut homicidium non puniretur capitaliter, aut principibus, ut dispensarent circa pœnam capitalem homicidii. Jam supra (w) ostendimus, apud populos occidentales plerosque homicidii pœnam non fuisse capitalem. Quod vero postea hi mores mutati fuerint in pœnas capitales, haud dubie suafu cleri factum est, jus divinum prætendentium. Item & in republica Polonica videtur contigisse usque ad tempora Casimiri Magni, qui anno 1368. antiquam pœnam multæ pecuniariæ iterum introduxit, inter alia istis verbis utens: *quamvis occidens hominem secundum Dei legum sanctiones, esset capitali pœna plectendus: nos tamen rigorem illum temperantes statuimus. &c.* Apud successores etiam, addita quidem pœna incarcerationis, & multa pecuniaria aucta fuit, sed nunquam pœna capitalis iterum introducta (x) & valde verosimile est, Casimirum per Dei legum sanctiones in istis verbis intellexisse tradita cleri (universales) hic perpetuo in ore, quamvis falso ferentes, vel etiam legem Dei Mosaicam, cujus rigorem videlicet non videbatur ferre status reipublicæ Polonicæ. Et poterat hoc sensu absque nota impietatis voce *rigoris* (utpote termini indifferentis & sua significatione nativa

Lex Polonorum de pœna non capitali homicidarum clero Romano invisa.

(w) Supra c. hoc §. 1.

(x) Vide statuta regni Polonia in ordinem Alphabeti digesta, voce homicidium.

non connotantis aliquid vitiosi) ut Cafimirus, uti voce priori opposita *laxitatis* quis uteretur, si quis legislator christianus diceret, quod *laxitatem* functionum divinarum in permittenda polygamia, & in pœna dupli intuitu furti, in sua rep. velit restringere. Sed facile quis sibi imaginari potest, quantis calumniis ista verba dederint occasionem apud clerum pontificium & ejus clientes, in ista papatus crassitie, si quis perpendat, quam perverse adhuc in ipsa luce evangelii ea interpretatus sit Arnisæus. (y) *Hoc scilicet*, inquit, *erat*

(y) *De jurib. regis humani, accusare iniquitatis leges divinas, easque idem majest. l. 2. c. 3. p. 204.*

regis humani, accusare iniquitatis leges divinas, easque idem majest. l. 2. c. 3. p. 204. quod hæc justum esse jubet, ille nimii rigoris accusatum damnare deberet. Unde non mirandum, quod tandem sub rege Poloniarum Stephano, alias valde obnoxio ordini clericali, persuasionibus suis falsæ pietatis obtinuerint, ut rigorem pœnæ capitalis iterum introduxerit, addita ratione, *quod lex divina de puniendi capitaliter homicida antiquior sit illa, quam Poloni alle-* gabant, *consuetudine*, (z) haud dubie alludens ad verba statuti Cafimiriani modo excepta.

(z) *Petr. Thodor. coll. crim. d. 10. apb. 7. lit. b. n. 24.*

§. X.

Clerus per istam hypothesin exclusit astute Jctus a consiliis in hac quaestione. Id etiam obtinuit clerus pontificius per arcanum istud politicum, ut in quaestionibus circa jus aggratiandi in homicidio, ut in omnibus aliis rebus, ad forum conscientiae pertinentibus, a consiliis excluderentur politici & Jcti, & solus ibi regnaret clerus. Connexio palpabilis est. Dicebant, principibus christianis interdictum esse jus aggratiandi homicidas per legem divinam in scriptura sacra contentam. At interpretatio-

tationem scripturæ sacræ pertinere ad solos theologos. Adde, quod ante reformationem clerus pontificius ad facultatem theologicam traxerit doctrinam juris naturæ, sub variis titulis, & inter alios etiam sub titulis casuum conscientia, atque sic a quæstionibus conscientia excluderit professores philosophiæ & juris, cum tamèn æque ad professores philosophiæ moralis atque ad JCTos pertineat informatio conscientia, & responso de casibus conscientia, i. e. de eo, quod justum est, & injustum. Debent equidem post reformationem JCTi & philosophi evangelici se in integrum restituere & doctrinas sibi competentes, ut juris divini universalis, seu naturæ vindicare, easque a fermento arcanorum clericalium purgare. Sed cur id non fit factum, alibi docuit Dn. Præses (a) Unde excusandi quidem ob errorem seculi communem, sed non imitandi sunt scabini Lipsienses apud Carpzovium (b) remittentes quæstionem, an princeps salva conscientia jus aggratiandi in pœna homicidii exercere possit, ad Dn. Theologos, tanquam a suo foro alienam; quamvis & contextus ostendat, & quæ Carpzovius ipse annotavit, id responsum magis fuisse negationem quæstionis, civilitate aliqua occultatam, quam seriam sententiam scabinorum, repugnantem videlicet responso statim præcedenti. Sed notum tamen est, civilitatem non omnem ubique esse suadendam, sed sæpe etiam nocere.

(a) In præf. ad Grotiū version. germanicam.
(b) Præx. Crim. q. 150.

CAPUT IV.

Responsio ad argumenta præcipua dissentientium.

§. I.

Cur hic respondeatur saltem ad argumenta præcipua.

Non expectabis hic, ut ad singula velimus respondere, quæ dissentientes, arcani illius papifici, sive pontificii sive evangelici, sive astuti, sive bona fide errantes, defensores proferre solent. Hoc enim res immensi laboris foret. Ita modo prolixis autoritatibus patrum ecclesiæ, theologorum & Jctorum ex omnibus tribus religionibus, quæ in imperio Romano tolerantur, item juris utriusque, tam civilis quam canonici; modo corraffione textuum scripturæ sacræ, ad rem plane non pertinentium, sed contortis consequentiis huc applicatorum, utuntur dissentientes, modo contra anabaptistarum dogma de justitia pœnarum capitalium disputant, modo supponunt, ac si nostra sententia principibus indulgeret licentiam, absque ulla ratione homicidas pessimos & inemendabiles in damnum reip. evidentissimum à pœna debita eximendi &c. Sed, ne ad ista singula seorsim nobis hic cum tædio, & nostro, & lectoris respondere cogeremur, præmisimus in capite primo curatiorem status controversiæ formationem, & monita circa fontes probationum. Unde ad omnia illa modo memorata argumentandi genera adversariorum in genere respondemus, vel quod non feriant thesin, nec nobis contradicant, vel quod autoritates istas non agnoscamus in materia juris naturæ. Ergo sal-

saltem illa argumenta dissentientium considerabimus, quæ directo nostram assertionem oppugnare videntur, partim desumpta ex ratione, partim a dictis scripturæ, quæ videntur continere leges universales.

§. II.

Communitè urgetur jus naturæ dictare pœnam capitalem homicidis, quia nihil magis naturale sit, quam ut quod quisque damnum alteri intulerit, jure talionis ipse rursus patiatur; in jure naturæ vero non competere principi potestatem dispensandi. Resp. (1) negando antecedens. (2) Contrarium, & quod jus naturæ nullam pœnam determinet, supra (c) fuit offensum. (3) etiam supra (d) notatum, falsam esse hypothesin, quod fundamentum pœnarum justarum sit desumendum ex jure talionis. (4) Confunditur jus naturale permissivum, cum proprie dicto & præceptivo. Naturalis illa ratio de talione saltem probat, licere principi capitalem pœnam dictare homicidis, contra anabaptistas: non probat, principem id semper facere debere. (5) Ad consequens respondebimus statim ad argumentum sequens.

Responsio
ad I. jus naturæ dictare pœnam homicidis capitalem.

c) *sup. c. 2. §. 6*
d) *c. 2. §. 7.*

§. III.

Instant porro dissentientes. Etiam si jus naturæ non dicat pœnam capitalem homicidis, tamen id certe dictare, ut pœna debeat delinquentibus; adeo namque principem, qui jus suum cuique tribuere debeat, nec hic dispensare posse. Respondeo (1) iterum negando antecedens. (2) Inconvenientem esse locutionem, & poëticam magis quam philosophicam, quod pœna debeat delinquentibus, jam alibi ostendit Dn.

Ad II. jus naturæ dictare pœnam delinquentibus.

Præ-

(e) *Instit. juris
prud. div.
lib. 3. c. 7.
§. 61. seq.*

Præses (e) (3) Etsi debeat reipublicæ princeps pœnam delinquentium, tamen hæc obligatio ejus ita explicanda est, ut non tollat jus aggratiandi, tolleret vero, si nunquam liceret pœnam remittere. (4) Ergo argumentum hoc repugnat doctrinæ ipsorum dissentientium, qui non negant jus aggratiandi in genere, sed potius id præsupponunt, cum tamen hoc argumentum, si quid valeret, valeret contra omne jus aggratiandi. (5) Etsi debeat ex virtute justitiæ punire fontes princeps, tamen debet etiam ex virtute clementiæ quandoque remittere aut mitigare pœnas.

(f) *c. 2. §. 8.*

(6) Jam supra (f) notavimus, leges juris naturæ affirmativas admittere, ratione infinitarum circumstantiarum, limitationes, ut adeo si princeps istas limitationes in actum deduceret, propterea tamen non dici possit dispensare velle circa jus naturæ, sed hoc maneat indispensabile,

§. IV.

Ad III. De-
um Gen.
IX. 6. tulisse
legem uni-
versalem de
homicidio
capitaliter
puniendo.

Jam pergamus ad dicta scripturæ præcipua, ex quibus dissentientes probare volunt, jure divino universali prohibitam esse indulgentiam veniæ intuitu homicidæ. Urgent initio dictum *Gen. IX. 6. Quicumque hominis sanguinem fundit, ipsius etiam sanguis fundetur per hominem. Nam Deus hominem condidit ad imaginem suam.* Respondeo (1) in textu ebraico esse futurum, quod etiam intelligi potest de eo, quod judicio Dei occulto communiter fieri solet, ut homicidæ, etiam si effugiant pœnas humanas, tamen eorum sanguis fundetur iterum ab alijs hominibus. (2) Nec juvat dissentientes, quod dicant, in plurimis tamen locis futurum etiam notare id, quod fieri debeat ab hominibus per mo-

modum præcepti. Nam non sufficit, quod ita intelli-
gi possit, sed sufficit nobis, quod etiam prior sensus
locum habere queat. Ubi vero quæritur, quis sensus
sit præferendus, non nobis incumbit probatio, sed dis-
sidentibus per monita superius. (g) (3) Pro nostra
explicatione militat regula, de interpretatione præ-
ferenda quæ optime convenit cum jure naturæ, at
talis est, quæ principi relinquit potestatem dispensandi
in omnibus delictis. (b) (4) Quodsi dixerint dissen-
tientes, rationem ramen subjunctam de imagine
Dei esse universalem, respondebitur, aliud esse propo-
sitionem universalem, aliud præceptum universale.
Manet etiam propositio universalis, si interpretatio
nostra habeat locum. (5) Si regerant, non esse uni-
versale, quod homicidæ judicio Dei occulto per alios
homines interficiantur, respondebimus, nec hoc ne-
cesse esse, cum etiam in præceptis affirmativis, in con-
cursu duorum vel plurium præceptorum affirmati-
vorum, unum alteri cedat, & ita exceptiones admit-
tat. (6) Si ulterius urgeant, ita vero nostra interpre-
tatione admissa supponi, quasi Deus velit approbare
delicta, cum & ille alter priorem homicidam inter-
ficiens novum delictum committat; at hanc suppo-
sitionem esse absurdam, utpote repugnantem justitiæ
& sanctitati divinæ: Respondebimus, id quidem
suppositum ex nostra interpretatione non sequi, cum
dictum illud non exponamus, quasi Deus illud alte-
rum homicidium præcipiat, sed saltem permittat. Et
non magis istud suppositum in nostra expositione est
necessarium, quam in genere in aliis judiciis Dei oc-
cultis, ubi adulter adulterio, fur furto, perjurus per-
jurio

(g) Cap. 7.
S. penult.

(b) per pro-
biam c. 2. in-
tergro.

jurio frequentissime puniuntur. (7) Non præscribi in illo dicto legem magistratui politico, etiam exinde verosimile est, quia illo tempore in familia Noachi nondum erat respublica, nulli adeo magistratus erant. (8) Dictum illud non continet novam legem, sed est saltem appendix legis præcedentis de non comedendo sanguine. (9) At illud præceptum de non comedendo sanguine non est præceptum universale, scilicet tale, quod perpetuo obligat, (de quali nobis sermo est,) cum christianos illa lex non obliget. Ergo si maxime etiam ille noster vericulus esset lex universalis, quia data Noacho restauratori generis humani, tamen & ipsa tanquam appendix prioris non foret perpetua. (10) Quamvis esset lex etiam universalis perpetua, tamen foret lex affirmativa, multas limitationes admittens, ut sæpius est inculcatum.

§. V.

Ad IV. De- Porro urgent præceptum *Exod. XXI. 12. Homi-*
 um in lege *cidam iterum interficiendum esse.* Respondemus (1) præ-
 Mosaica ceptum hoc, si derivetur ex dicto illo, præcepti Noachi-
 præcepisse appendice, de quo modo dictum, repetendas hic esse
 capitalem omnes responsiones in^o paragrapho præcedente ad-
 homicidii ductas. (2) At vero, si ab eodem separaretur, esse le-
 pœnam. gem Israelitico populo a Mose datam, adeoque non
 magis pro lege divina universali habendam esse ac il-
 las, quæ mox sequuntur, de interficiendis illis, qui paren-
 (i) *Exd. XXI. tes verberaverint, aut iis maledixerint.* (i) (3) Præ-
 5. & 17. ceptum illud Mosaicum loqui quidem de homicidio
 dolofo, sed non omni. Est enim homicidium dolo-
 sum seu voluntarium duplex, subitaneum, quod in ri-
 xa non vel parum præmeditata contingit, & insidiosum.

Legem

Legem Mosaicam ad hoc ultimum pertinere perspicue declarant versiculi statim sequentes, (k) & insuper etiam illustratur argumento casus ficti a foemina Thecoensi Davidi propositi (l) ubi David secundum, non contra legem Mosaicam vitam condonabat fratricidæ, secundum observationem nostram. Neque enim magis rem explicant, quam implicant, triplices responsiones Grotii, Vatabli & Cajetani ad illum locum. (m) Cajetanus vult, legem Mosaicam capitalem poenam dicere homicidio voluntario, non repentino & casuali. Sed hic inconvenienter opponit repentinum voluntario, cum potius repentinum sit speciei voluntarii, & illi opponatur deliberatum seu insidiosum altera voluntarii homicidii species. Ergo & eadem inconvenientia palpabilis subest, dum repentinum homicidium & casuale habet pro synonymis. Frigidior est responsio Vatabli, excusantis Davidem, quia lex jubeat, (n) ne quis occidatur, nisi duobus testibus convictus, in illo vero casu fuisse fratricidium secretum. Quis enim hanc circumstantiam Vatablo revelavit, decepto haud dubie, quod ibi narretur homicidium in campo factum esse, nemine praesente, qui istud impedire potuerit. At debuisset cogitare Vatablus, quod testes duo adesse potuerint, homicidium videntes, etsi non fuerint ita propinqui, ut impedire id potuerint. Deinde praeceptum de duobus testibus non excludit alia probationis media per confessionem rei, aut alia, quæ artificialia vocant Jcti. (o) Etsi fuisset secretum fratricidium, foemina Thecoëna eo casu non fuisset usa, tanquam parum pertinente ad scopum ejus, cum Absolonis factum haberet

(k) Sr. v. 13.
& 14. d. cap.
(l) II. Sam.
XIV. v. 5. & 8.

(m) Recensita
a Magnif.
Du. Rechen-
berg. dissert.
sapius citata.
S. 25.

(n) Deuteronom. XVII.
6.

(o) Argum.
Jof. VII. v. 29.

beret multos testes. Denique si Grotii ea est sententia, quasi David hic præcipitanter responderit scæminæ, non sumto spatio ad legem recogitandam, atque scæminæ id promississet, quod in ipsius arbitrio non erat, sed pertineret ad potestatem senatus vel synedrii, valde quid humani hic passus est vir alias summus. Istud enim assertum de præcipitata responsione regis

(p) *d. II. Sa. mucl. XIV. v. 8. 10. 11.* repugnat circumstantiis historicis, (p) nec præsumendum est, regem tam sapientem aliquid promississe, quod non esset in sua potestate, præprimis cum ite-

(q) *prepmis v. 11. ibid* rum in contrarium ducant ipsius facti circumstantiæ. (q) Et falsum esse, quod sub regibus Judaicis synedrium

habuerit potestatem invito rege condemnandi vel absolvendi, sed tum apud regem fuisse jus vitæ & necis, satis docuit doctissimus Seldenus. (r)

(r) *L. 2. c. 14. p. 922. 924.* (4) Et si & hæc lex foret universalis, tamen ut omnes affirmativæ admitteret exceptiones, ne repugnaret juri aggratiandi, quod etiam in ipsa republica Judaica contra indubium sensum legis hujus fuisse a regibus exercitum docebunt dicenda inferius.

§. VI.

ad V. quod Johannes Solent etiam adducere dissentientes dictum Johannis in Apocalypsi, in eo videlicet gloriantes quod ibi claris verbis ejus, quod fieri *debeat*, non, quod solum *futurum* sit, mentio fiat. Diserte enim dicitur: *Qui gladio occidet, eum oportet gladio interfici.* Sed respondemus: (1) Istud *oportet* necessitatem quidem denotat, sed non ubique necessitatem moralem, sed sæpius etiam physicam, ut adeo quoad explicationem parum differat à significatione ejus, quod certo futurum est sine respectu ad debitum & indebitum. (2) Istum sen-

sensum etiam suadet contextus cum ibi plane non agatur de officio imperantium, sed de prædictione malorum futurorum. (3) Uti totum negotium propheticum est donum Dei, supra omnem rationem positum & plane extraordinarium, ita ex factis prophetarum non poteris regulas morales de bono & malo facere. Multo minus in doctrina veritatis assertiones dogmaticæ probabuntur aut improbabuntur convenienter ex verbis prophetarum.

CAPUT V.

Exempla & autoritates virorum
doctorum pro nostra sententia.

§. I.

POteramus equidem supersedere hoc capite, si lectores essent asueti veritatem examinare ad regulas sensus communis & principiorum genuinum. Nunc cum fere deunx eruditorum immersus sit adhuc in præjudicio autoritatis, offendemus, nec nobis deesse exempla principum, non quorumvis, sed priorum, & consiliis sapientibus utentium, qui jus aggratiandi exercuerunt etiam in causis homicidii dolosi; nec deesse ulterius consensum eruditorum etiam nostræ i. e. orthodoxæ religionis, tam theologorum quam Juristarum, ut nimirum, si rationes nostræ non queant præjudicium autoritatis, quod in talibus lecto-ribus est, loco movere, saltem hæc exempla & autoritates id operentur, ut minimum incipiat vacillare.

§. II.

Qualia exempla hic sint expectanda.

In exemplis non solliciti erimus de remissione poenae homicidii ex causa justifica, ex regulis justitiae dictitante poenae remissionem aut mitigationem; quia jam cap. I. docuimus, ista exempla non pertinere ad quaestionem praesentem, sed afferemus exempla de remissionibus gratiae ex causa quidem rationabili, sed tali tamen, quam alias non solent admittere dissentientes. Tales vero sunt, remittere aut mutare poenam ob spem emendationis, ob studium conservandi saltem unum ex duobus civibus, aut membris reipublicae, ob merita praecedentia, ob sustentationem familiae delinquentis, alias cum fame & paupertate luctaturae, ob intercessionem amicorum vel delinquentis, vel principis aggratiantis &c. Nam in his & similibus causis, ob auctoritatem sententiae dissentientis, non audent JCTi fere quicquam definire, quod illi displicere possit, (s)

(s) *Carpzov. Pr. crim. q. 150. n. 43.*

§. III.

Exemplum Davidis, viri secundum cor Dei aggratiantis fratricidam Absolonem,

Atque hic occurrit praeter ceteris exemplum duplex regis Davidis, non solum jus aggratiantis serio exercere volentis in casu a foemina Thecoensi ficto, sed & statim in casu vero, ad persuasionem ejus intuitu fratricidii, quod Absolon exercuerat adversus fratrem Ammonem. (s) De priore jam egimus capite praecedente. Posterius quod attinet, id maxime pertinet ad caput praesens. Etsi enim quoad prius exemplum quidam ex dissentientibus putent id pertinere ad legem Mosaicam adeoque Davidem praecipitanter fecisse; tamen & ex mente dissentientium aliorum, & ex mente nostra ostendimus ibi casum illum proprium.

(s) *II. Sam. XIV. 12. seq.*

prie non pertinuisse ad legem Mosaicam. At quod fratricidium Absolonis attinet, & secundum expositionem dissentientium, & secundum nostram id haud dubie ad casus pertinet sub lege comprehensos. Erat enim homicidium deliberatum & insidiosum, quam maxime ullum aliud. Et tamen David, vir secundum cor Dei non hæsitabat, ad intercessionem sceminae illius & Joabi ejus poenam condonare filio. Et quamvis aliàs David, si contra mandatum divinum quid turpiter fecisset, correptus fuerit a prophetis & etiam punitus a Deo, tamen ob hoc factum ne quidem ulla admonitio ipsi a prophetis facta est. Quod argumentum valde auget verosimilitudinem responsionum nostrarum, quod leges affirmativæ, etiam divinæ, non tollant jus aggratiandi.

§. IV.

Augustus gloriosissimæ memoriæ Elector Saxoniae, de ecclesia Lutherana maxime meritis, & nihil facile sine consilio ministrorum suorum, etiam ecclesiasticorum suscipiens, ad intercessionem tamen Electoris Brandenburgici, homicidæ, qui quidem more consueto propositum fateri volebat, sed communi subterfugio utebatur, interfectum in gladium proprio corporis motu incurrisse, vitam donavit, & omnem poenam remisit. (u) Et notabile est, quod, cum censor narrationem hujus facti expungere vellet, (haud dubie ex communi opinione, contra quam disputamus, seductus) quasi hæc narratio læderet famam Electoris, historicus non sine ratione contra istam censuram sit protestatus, breviter, sed acute adducens, non posse factum hoc famæ Electoris præjudicium creare,

Aliud exemplum Augusti Electoris Saxoniae.

(u) *Dr. Praef. in der Historie der Weisheit T. II. p. 68. ex Annalibus Schneidcri.*

fed

(w) *Ibid.* p.
49. n. 13. &
p. 140. n. 1.

fed potius exinde tanquam exemplo probari, quod Electori regale competat, etiam homicidas aggratiandi. (w)

§. V.

Autoritates pro nostra sententia esse duorum generum.

Quod autoritates attinet, eæ quidem duorum sunt generum. Alii Doctores circa assertionem ipsam, quam defendimus, vel hæsitant, vel etiam nobiscum non consentiunt, sed magis inclinant ad partes dissentientium, vel etiam abstinere plane a tractatione hujus quæstionis, partim timentes potentiam & autoritatem dissentientium, partim etiam, quia hæc tractatio erat aliena ab eorum scopo; interim tamen principia, unde assertio nostra deducta est superius, eadem agnoscunt nobiscum, scilicet, quod jus naturæ nullam pœnam determinet, aut quod in historia Mosaica nullum contineatur præceptum universale de puniendo capitaliter homicida, sed quod præceptum istud Mosaicum pertineat ad leges forenses Judæorum. Alii vero, diserte eam quam hactenus defendimus sententiam asserunt, etsi ex illis nonnulli vel eandem restringant ad pœnitentes homicidas, aut certe præprimis erga illos jus aggratiandi locum habere velint.

§. VI.

Nomina consentientium.

Ad primam classem pertinent ex Theologis Martinus Chemnitius (x) & Johannes Gerhardus, (y) ex politicis ac Jureconsultis Hugo Grotius, (z) Johannes Seldenus, (a) Caspar Zieglerus, (b) Samuel Pufen-

(x) *Loc. Theol. loco de lege Dei cap. 4.* (y) *Loco de LL. Cærem. & forensi. n. 40.* (z) *de J. B. & P. I. 2. 5. & II. 8. 20.*
(a) *de J. N. & G. sec. disc. Hebr. l. 4. cap. 1. pag. 482.*
(b) *de jurib. Majest. l. 1. c. 5. §. 54. 55. 56.*

fendorffius. (c) Ad posteriorem Johannes Henichius, (d) & D. Philippus Ludovicus Hannekenius (e) Theologi Lutherani & Professores, ille Rintelenfis, hic Wittebergenfis, ut & illustris Jctorum ordo in hac academia regia, (f) Ac reliquorum quidem loca videri possunt in libris eorum ad marginem citatis; Henichii vero & facultatis juridicæ Hallensis responsa cum typis impressa non extant, non injucundum fore putamus lectori veritatis studioso, si ea dissertationi huic nostræ subjuncta legere possit. Ut adeo nihil restet, quam ut post gratias divino numini reverenter actas pro concessis viribus, colophonem discursui nostro imponamus

FINIS.

D. JOHANNIS HENICHII
CONSILIUM THEOLOGICUM
HOMICIDÆ
DATUM.

Nullum dubium est, quin enorme prorsus sit delictum, quod perpetrat homicida. Primo enim is violat Dei imaginem ac proinde non immerito à Philone sacri-legus vocatur. Deinde atrocissime idem peccat in societatem, ad quam geniti sunt homines, quæ consistere neutiquam potest, nisi innocentem vita sit intuto. Optime Florentinus in L. 3. ff. de J. & J. cum cognationem quandam natura inter homines instituerit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse. Hinc homicida voluntarius in Vet. Test. obnoxius erat pœnæ capitali, adeo, ut ab ipso Domini altari ad supplicium rapere juberetur. Exod. XXI. v. 12, 14. & Levit. XXX. v. 17. 21. neque ullo pretio redimi posset. Terra enim per effusum

Homicidii
enormitas.

fulum sanguinem contaminata expiari non poterat, nisi sanguine ejus, qui effuderat illum, ut datur intelligi ex *Nim. XXXV. v. 33.* & prisci Christiani, ut ostenderent, quantopere homicidia detestarentur, diu observarunt illam legem, quæ jubet abstinere à suffocato & sanguine. Hinc Octavius apud Minutium Felicem: *tantum ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus.* Et Tertullianus *Apolog. Quale est, ut quos sanguinem pecoris horrere confidit, humano*

Quatuor fora
homicida.

I. Forum Rei-
publicæ.

An Princeps
possit remitte-
re pœnam ca-
pitalem homi-
cidæ.

Affirmativa
probatur.

Nam pœna ca-
pitalis homi-
cidarum non
venit ex jure
naturæ.

inhiare credatis. Sortitur autem homicida quatuor fora, quibus satisfacere tenetur, divinum, ecclesiasticum, civile & privatum, nec satisfactione uni præstita præjudicat aliis, quin ipsa quoque jure pœnam sibi debitam exigant. Reipublicæ, ut satisfaciat homicida, sufficit, si pœnæ sibi dictæ se prompte subjiciat, nec opus est, si magistratus indicet pœnam, ut reus stricto jure secum agi postulet. Disputari autem solet, utrum magistratus, qui jus mitigandi pœnam habet, homicidam voluntarium teneatur pœna capitis afficere, nec ne? Ego negantem sententiam amplector, eamque sic probo: si Magistratus tenetur homicidam voluntarium capitis pœna afficere, vel tenetur id facere jure divino naturali, vel positivo. Non tenetur id facere jure divino naturali, nam, quod quidam existiment, verba sunt Hugonis Grotii ad *Cap. V. Matthæi homicidio naturaliter respondere capitis pœnam, in eo falluntur, pœna enim delictorum non sunt ipso jure natura, aut ulla Dei perpetua lege constituta, sed pro modo inde imminenti periculi intendi ac remitti solent.* Recte etiam idem autor censet, in homicidiis non tam factum nudum spectandum esse, quam quæ ante acta fuerit occisoris vita, veneritne ad hoc facinus impetu, (ita autem nostrum in cædem prolapsum esse neutiquam dubito) an deliberatione. Et certe jus naturæ optime intellexerit Seneca vir in moribus apprime exercitatus. Is autem diserte præcipit, ne quis pereat, nisi quem perire etiam pereuntis interfit. Idem alibi sic loquitur: *pœnam si tuto poterit, donec Princeps, si minus temperet.* Idem alibi: *Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabilis ingenii servabit.* Neque dubium, est quin in promptu sint
allæ

aliæ pœnz, quibus homicidia coërceri queant, & tranquillitas reipublicæ conservari possit. Sed nec jure divino voluntario est præceptum, ut a Magistratu christiano ad mortem rapiatur homicida. Nam LL. positivæ Vet. Test. christianos Principes neutiquam obligant, alioquin iidem adhuc legem de necandis adulteris ubique tenerentur observare. Data quidem est statim post diluvium Noæ lex, ut ejus, qui sanguinem humanum effudit, sanguis vicissim effundatur. Ad hæc quoque fuit non nisi lex positiva quæpiam, nostra tempora minime concernens. Nimirum cum jam ante diluvium gigantum ætate promiscua invaluisset cædium licentia, instaurato, post diluvium humano genere, ne mos idem invalesceret, tam severe Deus homicidium puniri mandavit. Nulla autem prorsus est consequentia: Deus ob certam causam post diluvium *Genes. IX.* mandavit, ut homicida capite plecteretur, ergo magistratus hodieque tenetur, tam gravi pœna homicidam interficere. Non sequitur, inquam, præsertim, si appareat, homicidam non obscura pœnitentiæ documenta edere, & in promptu sit aliud remedium, quo à delinquendo homines absterri possint. Eodem *Genes. Cap.* commestio sanguinis prohibetur, quæ hodie tamen omnino est licita. Non itaque omne, quod capite hoc *IX.* prohibetur, jure perpetuo & immutabili prohibetur.

Nec jure divino voluntario. Christianos Principes obligante. Responsio ad dictam *Genes. IX.*

Ex novo testamento afferri cum primis solet illud *Apost. XIII.* qui gladio occidit, eum gladio occidi oportet. Verum nec hic locus probare est idoneus sententiam, quam nos impugnatamimus. Agit enim ibi Apostolus, patientiam commendaturus, de persecutoribus ecclesiæ, & docet, eos gravissimas pœnas Deo duros, ipsumque severe vindicaturum illatas piis injurias. Hinc subjicit: *In hoc sita est spes & patientia Sanctorum.* Ad eundem modum intelligi oportet, quod Christus Petro ait *Matth. XXVI. v. 52.* Convertite gladium in vaginam; Nam, qui gladium sumserit, gladio peribit. Recte enim verba hæc sic exponit Hugo Grotius: Noli petre, consideratione ejus, quod mihi inferitur, injuriæ concitator Deo præripere ultionem,

Item ad objectionem ex *Apost. XIII.*

Contenus
Augustini.

levia enim sunt vulnera, quæ a te pati possunt. Stat enim rata sententia, crudeles istos & sanguinarios, etiam te quiescente, gravissimos Deo daturus pœnas suo sanguine. Bene scilicet Tertullianus: *adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus; si injuriam deposueris penes Deum, ultor est, si dolorem, medicus est, si mortem, resuscitator est. Quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem.* S. Augustinus, ipsos Donatistas, qui Catholicos Presbyteros persecuti erant, & trucidarant, atque ita omnino pœnam capitis meruerant, citra mortis pœnam castigandos esse monet epistola CLIX. Pœna ait, *sane illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum rogo te, ut præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commendandam, & epistola seq. ad Marcellinum Comitem ita scribit: Circumcelliones illos & Clericos partis Donati, quos de Hippo- nensi ecclesia ad judicem pro factis eorum publicæ discipline cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum Presbyterum commiserunt, & de cædo Innocentii alterius Catholici Presbyteri, atque de oculo ejus effosso, & de digito præciso fuisse confessos. Unde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat, eos tanta legum severitate plendendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his literis obrestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas. Quamvis enim ab eorum interitu dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria, ad quos tuende publicæ pacis vigilantia pertinebat, presentari videantur examini. Nolumus tamen passionum fervorem Dei, quasi vice rationis paribus supplicia vindicari. Non, quo sceleris hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere volumus, ut vivi & nulla corporis parte truncati, vel ab inquietudine insana, ad sanitatiæ otium legum coercitione dirigantur, vel à malignis operibus alieni utili operi deputentur. Sed quis non intelligat, magis beneficium, quam supplicium nuncupandum, ubi nec faciendi relaxatur audacia, nec panitendi medicina subtrahitur? Imple, Christiane iudex, pii patris officium, sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineris. Quod si autem*

tem

tem magnus ille Hipponensium Episcopus capitalia supplicia in homicidas jure divino naturali, vel jure aliquo divino positivo in perpetuo constituta esse existimasset, neuiquam pro Donatistis tot homicidiorum reis intercessisset. Andreas Riveti. Et Andreae Riveti.

vetus, Theologus reformatus, ad quæstionem: an vir pius pro homicida intercedere posset? responder in hunc modum?
Esse nonnullas culpas, in quibus id liceret, quod olim Paulo licuit, qui pro Onesimo servo fugitivo intercedebat, non dubitamus. Etiam id in crimine homicidii, non tantum casualis, sed aliquando etiam ex impotentia animi, præsertim, si ætas minor sit, & spes emendationis certa, aut si quibus incidere in crimen, cujus magna sint merita, & id videatur requirere publica utilitas, si modo alia ratione legis scopus attingi possit, qui præsertim is est, ne qui crimen admisit impunitate abutatur, & reliquis sit exemplo. Quamvis itaque diffiteri nequeam, tantam esse magnæ partis hominum improbitatem, ut nisi quorundam morte reprimatur scelerum audacia, satis tuta esse non possit innocentia: Tamen non spernendum existimo cum Hugone Grotio de J. B. & P. L. 2. C. 20. n. 12. illud Quintiliani; nemo dubitavit, quin sinocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse interdum conceditur, salvos esse è republica magis sit, quam puniri, videlicet poena capitali. Atque hæc de foro reipublicæ dicta sunt. Cum proximo Theophilus noster, in cujus gratiam nunc ingressi sumus disputationem hanc, reconciliatus jam est, quantum intelligimus, ut de hoc quidem foro amplius non sollicitos esse haud oporteat. Ecclesiæ vero satis fieri debet per publicam penitentiam, nisi eam in poenam pecuniariam forte commutet &c. Nec dubium est, quin hoc pacto facilius apud Deum, seu in foro divino possit impetrare veniam reus, si non verecundetur in ecclesia publice delictum à se commissum confiteri. Magna enim vis est precum, quas tota ecclesia pro peccatore penitente fundit, præsertim si penitens ipse serio eas efflagitet. Non vero est, quod homicida de divina misericordia desperet, si serio doleat de peccato suo, fiduciamque veniæ impetrandæ in merito Christi collocet, & recte se deinde

2. Forum læsæ.

3. Forum ecclesiæ.

4. Forum divinum.

deinceps gerendi firmum propositum concipiat &c. &c.

* Reliqua plura, quæ apud Henichium in illo responso sequuntur, lubens hic omitto, cum a nostro scopo aliena sint, ut contineant videlicet multa testimonia scripturæ & dicta patrum ad consolationem pœnitentis & adhortationem ad vitam sanctam, item ad dandas elemosynas pertinentia.

*Responsum Facultatis Juridicae Hallensis
mense Julio 1703.*

P. P. Als derselbe uns die wider den Hauptmann V. H. von B. wegen begangener Entleibung an den Lieutenant von K. ergangene Inquisitionen acten in dreyen Voluminibus und einer Frage zugeschickt re. demnach re.

Hat der Hauptmann V. H. von B. den Lieutenant von K. in einem duell entleibet / worauf jenem / durch ein zu Leipzig gesprochenes Urtheil die Straffe des Schwerdtes zu erkennen worden; hat besagter von B. Seine Hochfürstliche Durchlauchtigkeit zu A. beweglich angeflehet / die Ihm zuerkannte Todesstraffe in eine Geld-Busse zu verwandeln / und es will derselbe berichtet seyn / ob Seiner Hochfürstlichen Durchlauchtigkeit in hoc casu das jus aggratiandi zukomme?

Ob nun wohl die fast allgemeine Meynung derer Rechtsgelehrten dahin ziele / daß in denen delictis, denen in heiliger Schrift die Todesstraffe zuerkannt worden / absonderlich aber in den Todtschläge / keine weltliche Obrigkeit Macht habe / die Todesstraffe zu erlassen oder in eine geringere zu verwandeln / zumahl da der Allerhöchste Gott nicht nur alsbald nach der Sündfluth dem Noa und seinen Nachkommen / das allgemeine Gesetz publiciret: Wer Menschen-Blut vergeuß / des Blut soll wieder vergossen werden / (a) sondern auch dieses hernach durch Mosen in der Israelitischen Republicque wiederholt / (b) und ausdrücklich verbiethen lassen / daß man keine Geldstraffe

(a) Genes. IX.
v. 6.

(b) Exod. XX.
v. 12.

Straffe von dem Todtschläger nehmen soll / sondern daß das
 durch vergoffenes Menschen-Blut verunreinigte Land / wieder-
 um durch Vergießung des Bluts des Todtschlägers versühnet
 werden müsse / (c) und wenn gleich einige von denen Evangelis- (c) Nimer,
 schen Theologen ausgeführt / daß eine Christliche Obrigkeit XXX. 8. 31. 33.
 die einem Todtschläger dictirte Todes Straffe in eine geringere
 verwandeln / oder gar aufheben könne / sie demnach solche nur
 auff denjenigen casum restringiret / wenn der Todtschläger seine
 That herzlich bereuet / und signa vera & serix penitentiae
 gegeben / (d) welches aber auf gegenwärtigen Fall nicht wohl (d) D. Philipp.
 scheint appliciret zu werden können / indem aus denen übersen- Ludov. Han-
 deten actis nirgend zu sehen / daß der von B. herrliche Neue und nokenius inte-
 Leyd über den begangenen Todtschlage bezeuget / sondern vielmehr ero. Traßlata
 mehr zwar der Meynung ist / daß er nicht vor einen vorsehlischen de Jure Cir-
 Todtschläger zu halten sey / jeddenoch aber seine disfalls angeführ- ria Principio
 reten Gründe in der sententia Dm. Scabinorum Lipsienkum Christiani.
 gnungsam abgelehnet worden / er auch sich nicht getrauet / die
 ihm anderwärts nachgelassene defension zuführen / sondern sich
 lediglich Sr. Hochfürstlichen Durchlauchtigkeit Gnade submitti-
 ziret und 2000. Rthlr. ad pios usus zu geben erbothen. Dies
 weil aber dennoch bewehrter Evangelischer Jctorum und Theo-
 logorum Meynung für gegründeter zu achten / daß lex divina
 naturalis & universalis zwar dieses befehle / quod delinquentes
 puniendi sint, die determination aber aller Straffen auch (e) Casp. Ziegl.
 in denen delictis contra jus naturae, ja auch in homicidio do- de Jurib. Ma-
 lolo dem arbitrio weltlicher Obrigkeit heimgulassen sey (e) und jeß. L. 1. C. 5.
 also ad leges positivas humanas gehöre / in welchen unsträflich S. 50. D. Haneke
 aller weltlichen Obrigkeit / vielmehr aber einem Christlichen d. tractatu c.
 Fürsten das jus aggrandi zustehet : Ferner nach der bewehr- ult. S. 5. n. 2.
 testen und ältesten Jüdischen Scribenten Auslegungen / die in dem Serf. inde per-
 Gesez vom Blutesessen angehengte commination, wer Menschen peram sentire
 Blut vergeußt / daß dessen Blut wieder vergoffen werden soll / Ec. 9. 6.
 pro lege proprie dicta nicht zu halten ist / (f) und was hernach verbis ; Lege
 von der Straffe des Todtschlägers in dem Mosaischen Gesez forensi Judae-
 enthalten / nicht ad leges morales, sondern ad leges Moisaicas rum confituro
 forenles (f) Seldenus
de. J. N. & G.
fac. discip. hebr.
4. 2. c. 1. p. 281.

- (g) *D. Hanck d. cap. ult. §. 5. n. 6.* forenses gehdret (g) welche bloß die Jüden / nicht aber die Christen im neuen Testament verbindet / (h) über dieses auch so viel das Mosaische Gesetz selbst betrifft / dasselbe nicht dergestalt zu interpretiren / als wenn auch denen Jüdischen Obrigkeiten kein jus aggratiandi darüber zugestanden / sondern das præceptum de puniendo capitaliter homicida pro naturali & indispensabili zu achten wäre / indem ja anfänglich Gott selbst dem Cain die Todesstrafe erlassen / (i) cum tamen Deus circa jus naturale dispensare non possit; Hernach aber quantum ad legem Mosaicam nicht nur abermahls die Jüdischen Rechtslehrer dahin zielen / daß dieses Gesetz nur dahin sein Absichten richte / wenn ein Jude nicht aber / wenn ein Profelyte oder Heyde getödtet worden / (k) auch sonst andern limitationibus unterworfen sey / (l) sondern auch die Heilige Schrift selbst klar vorzeiget / quod rigor legis Mosaicæ in nonnullis casibus moderationem accipiat, in Betrachtung / wenn ein Herr seinen Knecht umgebracht / und der Knecht nicht alsbald gestorben / der Herr gar mit keiner Straffe angesehen worden / (m) da doch die leges divinæ universales allen Menschen / und also auch denen Knechten zu gute kommen / und ferner / der Mann nach dem Herzen Gottes David / indem ihm von der klugen Frauen zu Thekoa vorgetragener casu das jus aggratiandi gegen einen vorfesslichen Todschläger / der seinen eigenen Bruder ermordet / exerciret / (n) und weiter seinen Sohn Absalon / der gleichfalls seinen Bruder Ammon dolose und mit Vorsatz umgebracht / eben dieses juris aggratiandi genießen lassen / (o) und der casus der klugen Frauen zu Thekoa auff gegenwärtigen Fall um so vielmehr zu appliciren ist / in Betrachtung der Hauptmann von B. den Lieutenant von K. nicht hinterlistiger Weise / sondern gleichfalls Mann für Mann in einem abgeredten duell entleibet. In übrigen aber aus erwähnten Exempeln deutlich zu sehen / daß die restrictio juris aggratiandi in causa homicidii ad eum solum casum, ubi homicida seriam pœnitentiam egerit in Heiliger Schrift nicht gegründet sey / indem eines theils Cain von Gott selbst mitten in seiner Unbußfertigkeit und Ver-
- zwei

Zweifelung an Gottes Gnade / (p) aggratiiret worden / ander (p) Gen. IV.
res theils in dem von der Frauen von Theboa präponirten casu v. 13. 14.
nichts von des Todschlägers Buße zu lesen / sondern aus denen
Umständen vielmehr dessen Unbußfertigkeit präsupponiret wor-
den / (q) und endlich des pardonirten Absalons Unbußfertigkeit / (q) II. Sam.
von heiliger Schrift mit deutlichen Worten bemercket wird / XIV. v. 6. 7.
(r) zugeschweigen / daß / so das jus aggratiandi in dem Fall / (r) II. Sam.
wann der delinquent wahre Herzens Buße gethan / statt finden
kan / solches vielmehr auch auf diesen Fall zu appliciren / da der
selbe in seiner Unbußfertigkeit verharret / damit ihn die Zeit zur
wahren Reue und Bekehrung nicht abgeschnitten / und er auf sol-
che Weise nicht allein mit den zeitlichen / sondern zugleich mit dem
ewigen Tode bestraffet werde. XV. v. 32. &
101. cap. seq. XVI.

So erscheint daraus allenthalben so viel / daß Er. Hoch-
fürstlichen Durchlauchtigkeit zu A. da nicht sonst etwas bedenk-
liches in Wege stehen sollte / dem Hauptmann von B. des gebe-
renen juris aggratiandi genießen zu lassen / wohl befugt sey. Er
ist aber auff solchen Fall wegen der bey dieser Sache vorkom-
menden ihn sehr gravirenden Umständen seinen Vermö-
gen nach / auf 4. bis 5000. Rthlr. zu bestraffen.

B. N. W.

E R D E.

Sie Früchte / so der Fleiß nach vieler Arbeit
trägt /
Sind die Gelehrsamkeit / Vergnügung /
Ruhm der Welt :
Mein Clüßener / auff Müh / so Er allhier geheget /
Wird Ihm auch diese Frucht vergnüglich zugestellt.
FRIDRICIANA rühmt Sein ungemeines Wesen /
Und legt Ihm allbereit die Ehren-Lorbern bey.
Er wird ins künfftige noch größere Früchte lesen /
Und mercken / daß Sein Fleiß nie ohne Nutzen sey.

G

Das

❁ (o) ❁

Das werthe Vaterland hat sich zu gratuliren /
Das einen klugen Sohn in seine Mauren freigt /
Mein Wunsch / den ich dabey nebst anderen will führen /
Ist der: **GOTT** gebe Ihm / was hier und dort
vergnügt!

P. RÆSES.

Nunc ad promeritos merito decurris honores,
Queis leges meritos condecorare solent.
Solers privatis studiis tu jura colebas
Dignior in cathedra prælia docta moves,
Sic merito cuncti mittunt Tibi prospera vota,
Ut Tibi per vitam præmia fausta fient.

*Clarissimo Dn. Candidato, auditori suo indu-
srio hisce applaudere voluit*


JUSTUS HENNING. Böhmer / D.
P. P. & Facult. Jurid. Assessor.


Nur Arbeit folget Lohn / auf Kämpffen Sieg und Beuthe;
Daß dieses richtig sey / dis zeigt uns noch heute /
Herr Vetter / werther Freund / Dein

holdes Beyspiel an /
Es wird Dir nach dem Fleiß der Purpur angethan.
Und recht; wer so / wie Du / den edlen Fleiß gellebet /
Der Künste Gold gesucht / die Rechte ausgeübet /
Dabon Die Zena noch und Halle Ruhm ertheilt /
Dem hat die Ehre stets von Ferne nachgeeilt /
Nunmehr ereilt sie Dich / und Erbhut Dich mit Vergnügen /
Hierzu will ich nur noch den treuen Seuffzer fügen
GOTT laß Dich lebenslang in Glück und Segen blühen /
Der Ephey Deines Ruhms sey immerwährend grün!

JOH. ARNOLD BECK,
Proconful. Lipp.

❁ (o) ❁





00 A 6408


ULB Halle 3
002 925 389




NO 17

Rho ✓







DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

De
**JURE AGGRATI-
ANDI PRINCIPIS EVANGELICI
IN CAUSIS HOMICIDII,**

QVAM
*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,*
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO ET DUCATUS MAGDEBURGICI
GUBERNATORE &c. &c.

PRÆSIDE
DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE CON-
SILIARIO, PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,
AC FAC. JUR. p. t. DECANO,
IN ALMA FRIDERICIANA
PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Doctoralia Privilegia rite
capeffendi

IN AUDITORIO MAJORI
Horis ante & pomeridianis

d. 21. Junii ANNI M DCC VII.

Publico Eruditorum examini submitter

REMBERTUS CLÜSENER,
Lippia Guestphalus.

**RECUSA HALÆ MAGDEBURGICÆ,
LITERIS SALFELDIANIS. Anno M DCC IX**